UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordininariae in exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria iurisdictione

in duos tomos distinct.

I. Scholia in Constitutionem Concilii Lateranensis. II. Conservatorias Ecclesiasticas quaest. 130. III. Conservatorum Laicorum materiam, Tribunali viginti duûm virum Leod. adoptatam comprehendens

Chokier, Érasme de

Coloniae Agr., 1684

Quæstio 14. Assessores conservatorum, an salaria exigere poterunt.

urn:nbn:de:hbz:466:1-61908

Visual Library

ecatur, cenſeturque juxta illud Poetæ:

Munera crede mihi miſit, ſed miſit in hamo,
Et piſcatorem piſcis amare poteſt.

Item.

Cum me captabas, mittebas xenia nobis,
Jam cum cœpiſti mittis amare nihil.
Ut captum teneas, capto quoque munera mitte,
De cavea fugiat ne male pactus aper.

Conſiderareque debent Conſervatores, pro juſtitiæ mercede repoſitam eſſe mer-
cedem & proemium in cœlis. Idque maximè Conſervatoribus Regularium, qui lo- 5
co retributionis omnibus privilegiis & gratiis ſpiritualibus conceſſis ordinibus quo-
rum ſunt Conſervatores, perfruuntur, eiſque bonorum merita quæ in Ordine fiunt,
etiam communicantur, quibus etiam ſemel in vita & in morte plenaria omnium
peccatorum indulgentia conceditur, cum facultate conſequendi omnes & ſingu-
las indulgentias peccatorumque remiſſionis diebus ſtationum Eccleſias urbis & ex-
tra muros viſitantibus conceſſas, recitando quinquies orationem Dominicam cum
Angelica ſalutatione, veluti privilegio Julii cautum eſſe refert Joannes Baptiſta Con-
fettius *de Privilegiis Ordinum mendicantium & non mendicantium part.2.tit.4.cap.9.in fine fol,355.*

QUÆSTIO DECIMA QUARTA.

Aſſeſſores Conſervatorum an ſalaria exigere poterunt.

SUMMARIUM.

1. *Aſſeſſores Conſervatorum exigunt ſalaria.*
2. *Salarium unde dicatur.*
3. *Sportulæ qualiter ſunt metienda.*

Poterunt. *Specul.lib.1.tit. de Aſſeſſoris. §. de ſalario Aſſeſſores.* DD.*præce-* 1
dente quæſtione citati, ſalarium enim ſecundùm Plinium, *lib.3.hiſtor.Natur.* di-
citur à ſale, ſine quo ſicut nemo hanc vitam rectè traducit, ita neque nemo
commodè ſine ſalario. Nam quod Principibus eſt aurum coronarium, Medicis 2
Jatrea, præceptoribus didalcalia, Artificibus epihera, beneficis chariſteria, hoc
aſſeſſoribus eſt ſalarium ſportularum *Alciat. l. inter domum ff. de verb. ſignificat.*
Porrò ſportulæ, de quarum varia ſignificatione varia adfert Cuiacius *in paratit.* 3